



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

20 Facultas poenas moderandi, & beneficia conferendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Trident. dispositione delegata, quoscumq; simpliciter, vel ad cautelam absolvendi, interdictum tollendi, † & quascunque pœnas moderandi, & in partem, aut in totum remittendi, & de Apostolis super quibusvis appellationibus respondendi, electiones, præsentationes, & postulationes quarumcunq; personarum utriusq; sexus, ad Monasteria, Prioratus, Præposituras, Dignitates, officia, & beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumvis ordinationis regularia, servata ejusd. Concilii Trid. forma, approbandi, & reprobandi, ac præsentatos, & approbatos instituendi, resignationes quorumcunq; beneficiorum, hospitalium, & aliorum pitorum locorum simpliciter, vel ex causa permutationis, aut jurium cessionis recipiendi, & admittendi, & beneficia quæcunque cum cura, vel sine cura, etiam si canoniciatus & prebendæ, dignitates, Vicarie, & cujuscumq; qualitatis existentia, tam per resignationem hujusmodi, non tamen in favorem, quam ex causa permutationis, aut per obitum illa obtinētiū, seu alia quavis occasione, vel causa vacantia, & vacatura, ordinariæ collationi spectantia, & pertinentia, quibuscumque personis, servatā ejusdem Concilii formâ conferendi, & providendi, & pro augmēto cultus divini, ubi opus fuerit, vigore eorundem decretorum facti Concilii Trid: & aliâs, prout juris fuerit, † uniendi, dismembrandi, & nova beneficia erigendi, ex causa fundationis, vel dotationis, ad formam præd. sacri Conc. Trid. juspatoratus, & præsentandi, reservandi, beneficiaq; simplicia seminario puerorum, aut aliâs, eui, & quibus, ac quando, & ubi opus fuerit, eadem Concil. Trid. forma, & juris dispositione servata, uniendi, applicandi, &

incorporandi, ac eidem seminario officiales, rectores, & alias personas, pro illius recta administratione necessarias deputandi, & deputari faciendi, & pro illius subventione, & aliis necessariis ad illius sustentationem, portionem fructuū quorumcumque beneficiorum taxandi, & applicandi, ac beneficiatos quoscunque ad illorum solutionem cogendi, & compellendi, cogiq; & compelli faciendi, eosque, quibus de canoniciatibus & prebendis provisum fuerit, in canonicos, & fratres recipi, stallumq; in choro, & locum in capitulo assignari, if: fosque in corporalem, realem, & actualem possessionem canoniciatuū, prebendarum, dignitatum, officiorum, & beneficiorum, ram collatorum, quam unitorum, ponēdi, & induendi, seu poni, & induci faciendi, † fidelitatis, obedientiæ, & alia consueta juramenta, & servitia à vasallis, & subditis, ac personis ecclesiasticis quibuscumque præstari solitis sibi præstari, & exhiberi pertendi, & faciendi, illaq; recipiendi, de bonis feudalibus, prout juris fuerit, quoscunque infeudandi, & alienata, occupata, & illeitè distracta quæcunque ad ius, & proprietatem ecclesiæ reducendi, & reduci faciendi, ac eaducitatem declarādi, alienationes, & permutationes quorumcunque bonorum ecclesiasticorum in emphyteusim ad tertiam generationē, aut aliud tempus, vel ex causa permutationis Apostolica auctoritate, ut aliâs in casib⁹, à jure permisī concessorum, in evidentem utilitatem ecclesiæ, & non aliâs laudādi, & approbandi, & in casu devolutionis nomine ecclesiæ rei inendi, aut si sibi videbitur expedire, justitiâ suadente, in utilitatem ecclesiæ, papæ beneplacito, quatenus opus sit, reservato, & non aliâs, aliter, nec alio modo, etiam